

dimicassent, magno numero conciderunt. Hic mons ille ipse videtur, qui nunc *Bannesdowne* dicitur, *Bathstone* viculo juxta hanc urbem impendet, quoque etiamnum aggeres, & vallum ostendit. Scio tamen esse qui in *Eboracensi* comitatu quærunt, sed *Gildas* ad hunc locum reducat: legitur enim in manuscripto exemplari Bibliothecæ Cantabrigiensis, ubi agitur de victoria Aurelii Ambrosii, *Visque ad annum obsecionis Montis Badonici, qui non procul ab ostio Sabrina habet*. Sin hoc non persuadeat, sciant vallem quæ ad *Avon* fl. hic longe procurrit, *Britannice Nant Badon*, id est, *Vallis Bandonica* dici, & ubi quærendum *Mons Badonicus*, nisi ad *Vallem Badonicam* ego nondum video. Nec longo post tempore Saxones hanc urbem aggredi ausi, *Britannis* diu reliquerunt. Verum anno Christi DLXXVII, cum Occiduorum Saxonum Rex Cewalin *Britannos* ad *Deorham* profigasset, armis, & operibus oppugnata, se primo in *Saxonis* fidem permisit: paucisque annis reforta novum nomen *Akmancester*, multumque splendoris accepit. Osbrichus enim anno DCLXXVI, virginibus sacris Monasterium, statimcum in Merciorum potestate venisset, Offa Rex alterum templum construxit, quæ ambo Danico turbine ceciderunt. Ex horum ruinis novum postea efforuit Templum Divo Petro sacrum, in quo *Eadgarus* cognomento *Pacificus* in Regem inaugurator, urbi plurimas immunitates indulxit, cuius rei memoriam anniversariis ludis cives etiamnum celebrant. Edwardi Confessoris tempore, ut in Angliæ Notitia legitur, *geldabat pro vi-*
ginti Hidis, quando Scyra geldabat, ibi Rex habebat LXIII
Burgenses, & xxx Burgenses aliorum. Sed non diuturna fuit hæc felicitas, statim enim ab ingressu Normannorum Robertus *Mowbray* nepos Episcopi Constantiensis, qui seditionem non levem in Regem Guilielmum Rufum concitarat, diripuit & succedit. Respiravit tamen brevi, opera *Joannis de Villula* e Turonibus Galliæ oriundi, qui cum Episcopus esset Wellensis, quingenitus Marcis (ut habet *Malmesburiensis*) hanc urbem ab Henrico Primo mercatus, Episcopalem Cathedram hic transtulit, retento etiam Wellensis Episcopi nomine, novumque templum in suam sedem posuit. Quo non ita pridem ruinam minitante, *Olivarius King* Bathoniensis Episcopus aliud juxta vetustum illud, magno sene & pleno majestatis opere inchoavit, & ad fastigium fere perduxit. Si vero perfecisset, palmam plurimis Angliæ Ecclesiis Cathedralibus proculdubio præripuisset. Sed hanc gloriam immatura mors tanti Episcopi, iniquiora tempora, & avaritia quorundam, qui collectam per Angliam in hunc usum pecuniam interverterunt, ut fama perhibet, invidenterunt. Iam inde vero floruit Bathonia tum lanificio, tum convenarum frequentia, mœnibusque se communivit, quibus antiquas quasdam imagines, Romanasque inscriptiones ad asserendam vetustatem inseruerunt, quæ ita jam lacunis præ vetustate laborant, ut vix legi possint. Et ne quid ad Bathoniæ dignitatem deesset, Comitis etiam titulo proceres nonnullos honoravit. Philebertum enim de *Chandew* è Britannia Armorica oriundum ab Henrico VII eo honore affectum legimus. Postea Rex Henricus Octavus Ioannem *Bourchier* Dominum *Fitz-VVa-*
Britannia.

Bathoniæ
Comites.

rin anno regni XXVIII, Bathoniæ Comitem creavit, qui obiit anno regni ejusdem regis XXXI, Inquis. 3*t.* cui successit Ioannes filius, qui obiit anno tertio Henr. 8. Reginæ Elizabethæ. Qui Ioannem Dominum *Fitz-VVarin* suscepit, ante patrem defunctum, & quo natus est Guilielmus Bathoniæ Comes qui nunc floret, & bonis studiis nobilitatem suam illustrare contendit. Longitudinem hujus urbis xx Temporibus, LVI scrupulis, Latitudinem vero LI Tempor. XXI scrupulis mensurant Geographi. Nunc pro corollario, habe si placet, qualescunque de his ex Bathonia Nechami, qui ante 400 annos floruit, versiculos,

*Bathoniæ thermas vix prefero Virgilianas,
Confecto profum balnea nostra Jeni.
Profunt attritis, collisis, invalidisque,
Et quorum morbis frigida causa subest.
Prævenit humanum stabili natura laborem;
Servit naturæ legibus artis opus.
Igne suo succensa quibus data balnea fervent,
Aenea subter aquas vase latere putant.
Errorem figura solent inducere paſim.
Sed quid? sulphureum novimus esse locum.*

Ecce tibi etiam si legere lubeat, duas inscriptiones antiquas, nuperrime ad viam publicam sub urbem in campo de *VValcot* effossas, quas in hortos suos Robertus Chambers antiquitatis studiosus admirator transtulit, unde delcripsi:

G. MVRIVS. C. F. ARNIENSIS.
FORO. IVLI. MODESTVS. MIL.
LEG. II. * A.D. P. F. IVLI. SEC VND.
AN. XXV. STIPEND.
* H. S. E.

* Adjutri-
cis, P. e
Fælicis.
* Hic titus
est.

DIS. MANIBVS.
M. VALERIVS. M.
POL. EATINVS. * C. EQ.
MILE S. LEG. AVG. AN.
XXX. STIPEN. X.
H. S. E.

* Cohortis
Equitum.

Vidi etiam has antiquitates mœnibus interius infixas inter portam borealem & occidentalem; Herculem sublata sinistra cum clava in dextra. In fragmento saxi literis magnis & pulchris,

* DEC. COLONIÆ * GLEV.
VIXIT AN. LXXXVI.

* Decu-
rioni.
* Glevi,
id est
Gloce-
striae.

Inde folia implicata, Herculem duos angues stringentem, & in sepulchrali tabula inter duas imagunculas, quarum altera tenet cornu Amal-

thæū, deteriori charactere qui non facile legitur,

D. M.
SVCC. PETRONIÆ VIXIT
ANN. IIII. * M. IIII.
* D. XV. EPO.
MVLVSET VICTISIRANA
* FIL. KAR. FEC.

* Menses.
* Dies.
* Filii
Karissimæ
fecerunt.

Paulo inferius in saxi fragmento grandioribus literis.

V R N. I O P.

Inter portam Occidentalem, & Australiem Ophiuchum serpente implicatum, duo humana capita crassis capillis intra loriam mœnium, leporem currentem, & huic adnexum in saxo literis transversis

V L I A. I L I A.

K k

Homi-